

schir grosschen, dy sy vns nuczlichin beczalt haben, vnd uff vnser stad Bischoffwerde vorschriben vnd bewyset. Dy selben czeihen schog jerlichir gulde vnd czinse vnser liben getruwen burgermeister vnd rathmanne czu Bischoffwerde von der stad wegen den vorgnanten burgern czu Pyrne vnd Camencz gelabit haben uff yre tageczyt von yare czu yare czu geben —. Ouch habe vns dy selben kouffer sulche gute getan, wenne wir vnser nachkomelinge adir eyn cappittel — dy selben czinse wedir kouffen welden, das sal man yn eyn vyerteil yars vorsagen vnd yn dy vorseßen czinse vnd eyne summe geldis als oben geschrebin stet wydir beczalen —. Des czu orkunde — gegeben nach Cristi geburte vyerczenhundirt jar darnach yn dem XIII. jare an sente Michils tage.

Vnd wir Johannes techand, Caspar von Schonenberg etc.

Nach dem Liber Rudolphi fol. 63^b im Stiftsarchiv zu Meissen.

No. 858. 1413. 16. Oct.

B. Rudolph fordert unter Zusicherung eines 40tägigen Ablasses an Bussfertige die gesamte Geistlichkeit und die Laien der Diöces dringend auf zu Wiederherstellung der durch Sturm und Ungewitter hart beschädigten Domkirche Beiträge zu geben, sowie den mit deren Empfangnahme beauftragten und mit ausgedehnter Vollmacht versehenen Geistlichen und dessen Gehülffen in aller Weise zu unterstützen.

Rudolfus dei et apost. sedis gratia episcopus Misnensis venerabilibus ac circumspectis viris et dominis abbatibus prioribus praepositis decanis scolasticis custodibus cantoribus thesaurariis canonicis tam katedralium quam aliarum ecclesiarum collegiatarum, archipresbyteris plebanis viceplebanis necnon aliarum ecclesiarum capellarum altarium rectoribus, exemptis et non exemptis, ceterisque Christifidelibus, cuiuscunque gradus fuerint status aut eminentiae, ecclesiasticis, religiosis et saecularibus universis per diocesim nostram Misnensem ubilibet constitutis salutem et sinceram in domino caritatem. Cum alma mater ecclesia universae religionis christianae decori domus domini pio mentis studio intendere teneatur ac basilicas, in quibus nomen domini singulariter laudatur et invocatur, solitis et sonoris praeconiis honorare non desistat, nos eius sacris vestigiis inhaerentes ac exemplo ducti laudabili, ut speramus gloriosam Misnensis nostrae ecclesiae fabricam, quae prae ceteris basilicis nostrae diocesis ut lucerna ardens super mensam domini posita tamquam sidus irradiat matutinum, summis attollere vocibus, laudibus praecipuis et specialibus honoribus cupimus venerari. Quis enim non diligeret locum, a quo omnis christiana religio istius saltem terrae traxit exordium? Quis non veneretur locum, a quo omnia sacramenta ecclesiastica velud rivuli de fonte dulcissimo effluunt et emanant, a quibus iam innumerabiles animae ad aeternae felicitatis gaudia misericorditer sunt productae? Sacrosancta Misnensis ecclesia, domina gentium, mater multarum ecclesiarum ex permissione divina in proxima ista aestate per inprovisam et repentinam aeris intemperiem ac pluviarum ac intollerabilium ventorum tyrannidem in aedificiis fenestris turribus et campanis nobilibus dispendiosum periculum proh dolor est perpessa. Cuius quidem ecclesiae ruina dampnosa et iactura absque dei adiutorio et bonorum hominum auxilio ac elemosynis vix aut nullatenus poterit reformari, ideoque ad praesens